

Gratiam et Pacem à Deo Patre, et D. Jesu Christo. Mandavit mihi tuis verbis D. Jounil, Theodore doctissime, ut ex D. Salignaco quærerem de locis Novi Testamenti corrigendis; itaq, ex templi adij hominem, sed occupatum et lectioni Hebraicorum scriptorum immersum: at tamen effeci flagitando, ut si non omnes at saltem aliquos mihi demonstraret, quos tibi perscriberem. Ubi vero se jam aliquos demonstrasse D. Mercero idem ab eo petenti dixit, tamen me quoq, hos notare, jussit. Primus est, Joh. 1.7. versu 22. ubi post δὲ ἔστω. punctum collocat, quod tū post δὲ ἔστω ponis, ut sit is sensus: unum opus edidi et omnes miramini propter hoc. Alter est, Act. 5. vs. 37. ubi etiam post πάλιν ἔστω punctum collocat, et finem periodi statuit, hoc sensu: et ad nihilum redacti sunt post hunc. Deinde novam periodum incipit ab ἀριστὸν τοῦδ' αὐτοῦ, etsi sine conjunctione. Sed tales orationes non raro sunt in sacra scriptura, ut ille locus Act. 13, εἶδον ἐν ἐτῶν. quam tū sententiam alio modo in Latina translatione distinguis, quam in Græco inveniat. Deinde Marc. 3. v. 21. καὶ ἔβαν ἄνθρωποι referunt ad ὄχλον, cum sit masculini generis, hæc sententia: cum inquit, ii, qui cum Christo erant, tempore prandij, frequentem populum convenisse audierunt, exierunt tenendi atq, repellendi ejus causâ, agentes eos insanire, quine paululum quidem temporis corporis reficiendi gratiâ suo magistro concederent. Posterea illud ad Heb. 7. γὰρ διὰ τὸ τὰς ἐκκλησίας pro pietate seu propter innocentiam, quæ erat in eo, interpretatur. Dixerat mihi et versu ult. 25. Matth. cap. 23. sententiam, sed planè sum ejus verborum oblitus; agebat, ni fallor, interiora Phariseorum plena esse rapina, non patina vel poculorum, quæ res sunt inanitate.

cujus loci interpretationem cum secundo ab eo quasiriskem,
D. Mercero se id exposuisse diligentius respondit. Illud vero
Joh. 20. ne me tangas, ita interpretatur, quemadmodum
olim annotationem ad eum locum, Novo Testamento
ab Roberto anno 1543. edito, addiderat; id est, ne sis in me
tangendo occupata, nondum enim discedo, nam totos 40. dies
apud vos ero, quibus me per otium si libuerit contingere
et amplecti poteritis: sed propra festinato ad apostolos, et
eis in mentem revoce, quia ex me ante supplicium de meo
ad Patrem ascensu audivere, quod tamen non faciam, nisi vos
prius videro. Hae sunt quae ego ex isto viro et optimo et
doctissimo didici, quae si tibi probantur, idque ex te intellexero,
corrigam et ego haec eadem in meo libello. Plura se di-
cebat observasse, fortassis à nemine, antehac animadverta,
quae ubi plus otij noctis fuerit, poterit tecum, si voles, com-
municare: Facit enim Te plurimi, tuosque in Novum T.
commentarios sibi vehementer placere ait.

Est praeterea in Gallia vir quidam pereruditus, cuius nomen
nonteneo, qui nonnulla in eodem libro observavit, quae
tibi tanquam leviora neglexisti. Sed existimat D. Salignacq
Te cum isto homine contulisse, tua. Quae omnia ex ipso et
Salignaco, quando voles, intelligere poteris. Quod ad me
attinet, sancte Tibi homini Nobiliss. promitto, me omnia
quae cumq; imperaveris, diligentissime, executurum; den-
taxat à Te peto, ut nostri aliquando miserearis, et Majestatem
Divinam

71

divinam, quam quidam audacissime dispersunt, pro tua
pietate atq; eruditione, ab omni injuria vindices. Legi
tuam epistolam graviss: ad Duce[m] Rad[ic]ilum scriptam,
ex qua facile conjicio, quale sit illud scriptum futurum,
quod tu benigne nobis pollicitus es. si is essem, quod absit,
qui manifesta veritati resisterem, lecta tua epistola vin-
ctum me jam teneres. Sed iam alij sunt homines pertinaci-
ssimi, convincendi erunt a re ipsa sumptis rationibus
firmissimis & testimoniis sanctarum literarum mani-
festissimis, quo in disputandi genere, qui te sit hodie su-
perior, video neminem. Itaq; Deo magne grates agere
soleo, quod proter ceteros te nobis hac tempestate here-
sive plenissima excitaverit, qua hereses efficiunt, ut et
ego a studio sacrarum literarum non vultu alieni au-
lam piorum Principum respiciam; si modo ulla pietas
potest esse in aula. qua de re quid censeas, cupis ex te
viro prudentiss: aliquid audire. *Adit tibi Lucus gre-*
gi, cupis te Dominus Pastorem constituit, gratia Patris
coelestis Amen! Quae hic gerantur, hoc tu melius
cognoscere poteris ex aliis, certe is est afflictus Euloxia
status, ut nisi nos Deus respiciat, breve simus preda im-
piis futuri. Parisij. 25. Julij. 1565.

Inscriptio.
Præstantissimo Theologo D. The-
odoro Beza, Pastori Ecclesie
Christi vigilantissimo, Domino
honoratissimo

Johannes Laficius
Tui studiosissimus.

Geneva.